

Decimus nonus

succo fœniculi contra incipientes hidropiles mire proficere. Item contra anginas rutæ & melle. Excitari eisdem lethargicos. Varro quæ sale aut aceto pisa est arefacta; uermiculis nō infestari auctor est:

De porro sectiuo & capitato: & de allio.

Cap. vi.

Porro sectiuo profluvia sanguinis sisti in maribus cōtrito eo obturatis: mel gallæ mixto: aut mentæ. Item ex abortu pfluua potu succo cū lacte mulierum. Tussī etiā ueteri ac pectoris & pulmōis etiā uitii medetur. Illitis foliis sanātur ambustæ epinyctides: ita uocatur ulcus acie hebetās & i angulo oculi perpetim humor emanās. Quidā eodē noīe appellāt pustulas liuētes: ac noctibus inquietātes. Et alia ulcera cū melle trito: Vel bestiarū morsus ex aceto. Itē scerpētiū. Alioq; uero uitia cū felle caprino uel pari mensura mulsi. Stridores cū lacte mulieris Capitis dolores: si in nares funditur. Dormiturisue i aurē duob⁹ succi coclearibus: uno mellis. Succus & ad serpentū scorpionūq; ius in potū bibitur cū mero: & ad lumborū dolores cū uino hemina potus. Sanguinē uero excreatibus & phthificis distillationibus lōgis uel succus: uel ex ipso cibo pdest. Itē morbo regio uel hydropicis. Et ad renū dolores cū ptisanæ succo acceptabuli mensura. Idē modus cū melle uulnas purgat. Tostus uero editur & cōtra fungorū uenena. Imponit & uulnerib⁹. Venerē stimulat. Sitim sedat. Ebrietates discutit. Sed oculorū acie hebetare traditur. Inflationes quoq; facere: q̄ tamen stomacho nō noceat. Ventremq; mollit. Uoci splendorē affert. Capitato maior est ad eadē effectus. Sanguinē reiciētibus succus cū caule aut thuris farina uel acacia dat. Hippocrates & sine alia mixtura dati iubet. Vuluasq; cōtractas aperiri putat. Fœcūditatē etiā fœminarū hoc cibo augeri. Cōtritū ex melle ulcera purgare. Tussī & distillationes thoracis. Pulmōis & arteriæ sanat uitia datū in sorbitiōe ptisanæ. Vel crudū præter capita sine pane ita ut alternis diebus summatur. Vel si purulēta excreantur. sic & uoci uel ueneri somnoq; multū cōfert. Capita bis aqua mutata cocta aluū sistūt: & inflationes ueteres. Cortex decoctus illitusq; inficit canos. Allio magna uis: mane etiā utilitates contra aquarū & quorūlibet locorū mutatiōes: serpētes abigit & scorpiones odore. Atq; ut aliqui tradidere & bestiarū omnium icibus medetur. Potu uel cibo uel illitu priuatim cōtra hemorrhodias prodest. Cū uino redditur uomitu. Ac ne cōtra araneorū murū uenatū morsum ualere miremur: aconitū quod alio nomine pardaliāches uocatur depellit. Itē hyoscyamū cōtra canū morsus. Inq; uulnera cū melle iponitur. Ad serpētū qdē ictus potū cum restib⁹ suis efficacissime ex oleo illinitur. Atritūq; corporū partibus. Vel si uesica intumuerit. Quin et suffitu eo secundos partus euocari existimauit Hippocrates: cinere eorū cum oleo capitis ulcera manātia sanitati restituēs. Suspiriosis coctū: aliqui crudū id dedere. Diocles hydropicis cū centaurea aut in fico duplici ad euacuādā aluū. Quod efficacius præstat uiride cum coriandro in mero potū. Suspiriosis aliq; & tritū i lacte dederūt. Praxagoras & cōtra morbū regiū uino miscuit. Et cōtra ileum in oleo & pulte sic illinēs. Strumis quoq; Antiqui & infanientibus dabāt crudum. Diocles phreneticis elixū. Cōtra anginas tritū iponi & gargarizare pdest. Dentū dolorē trib⁹ capitibus in aceto tritis iminuit: Vel si decocta aqua colluātur addaturq; ipsam i caua dētium. Auribus etiā instillatus succus cum adipe anserio. phthiasēs & prurigines potum. Tusum itē cum aceto & nitro. Cōpescit & distillatiōes cū lacte coctū uel tritū pmixtūue caseo molli. Quo genere & rancidatē extenuat. Vel phthisin i fabæ sorbitione. in totum autē coctū utilius ē crudo: elixumq; tosto. Sic & uoci plus cōfert. Tineas & reliq; aīalia interaneorū pellit in aceto mulso coctū. Tenasmo in pulte medetur. Tempore doloribus illitū elixum & pustulis coctum cū melle: deinde tritum. Tussī cum adipe uetusto decoctum uel cum lacte. Aut si sanguis etiā excreetur: uel purulēta sint. Et pituitæ sub prapena coctum potū & cum mellis pari modo sumptū. Cōuulsus & ruptis cum sale & oleo. Nā cū adipe tumores suspectos sanat. Extrait fistulis uitia cum sulphura & resina etiā harūdines cum pice. Lepras: lichenas: lentigines exulcerat: sanatq; cum origano. Vel cinis eius ex oleo & garo illitus. sic & sacros ignes. Sugillata aut liuentia ad colorē reducit. Cōbustum ex melle credunt & comitialē morbum sanare: si quis eo in cibo utatur ac potione. Quartanas quoq; excutere potum caput unum cum laserpiiii obolo in uino austero: tussī. & alio modo acceptum: suppurationes quāta libet sanat: fractæ incotum fabæ atq; in cibo sumptum donec sanitatē restituat. Facit & somnos atq; in totum rubicundiora corpora Venerē quoq; stimulat cū coriandro uiridi tritum potumq; e mero. Vitia eius sunt q̄ oculos hebetat: Inflationes facit stomachū ledit copiosius sumptū. sitim gignit: Cæterq; contra pituitā & gallinæ & gallinaceis prodest: Mixtum farre in cibo iumentis urinam reddere: atq; non torqueri tradunt si eo trito natura tangatur.

De lactuca siluatica siue caprina. & esopo: & isati: et lactuca siluestri. Cap. vii.

Lactucæ sponte nascentis primū est genus eius quā caprinā uocant. Quā pisces in mare deiecta ptinus necātur q̄ sunt in pximo. Huius lac expissatū mox in aceto pondere obologedum adiecto aquæ uno cyatho hydropicis datur. Caule & foliis cōtusis aspsō sale nerui incisi sanantur. Eadē trita ex aceto colluta matutinis bis e mēse dētū dolorē phibet. Alterū ē genus

u iii

redditu;
uomitū